



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fvldensivm Antiqvitatvm Libri III.

Brouwer, Christoph

Antverpiæ, 1612

Cap. XIV. Confeßio veteri Theudiscâ linguâ, cum descriptione quadam
limitum huius ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39712

S. Sole præ-
positura ab-
ducitur.

Ceterum mansit hæc Cella, quietis rebus, in fide & potestate Fuldenfis Abbatis, vsq. ad annum Christi MCCCXXCVII. quo tempore, Ioanne Hennebergenfi Comite Abbatis munus gerente, ob Godescalci à Buchenaw istic Præpositi parum felicem administrationem, Solenhofium recusare præpositos cœpit Fuldâ submissos; & ex suo cœtu constituere sibi præfectos, Marcgrauorum eam in rem adhibens tutelam & auctoritatem. Hæc deinde controuersia Romæ & alibi agitata, ad annum Christi MDXXIX. vsque partes tenuit, donec Georgij Marchionis tandem auctoritate sic discussa, vt inter arma filere leges coactæ sint: & hæresis quoque mox superueniens, religionem loco detrahit.

CAPVT XIY.

Confessio ut à Francis Orientalibus & Thuringis coram Sacerdote vernaculo sermone fieri solet, cum descriptione quadam limitum huius Ecclesiæ.

QVIA ab antiquitate nomen libris hisce dedimus, ne parerga quidem hæc omittere placuit, quæ religionem maiorum, non citra imitationem exempli, apud posteros commendent. Itaque, quam formulam in Fuldenfis Ecclesiæ monumentis sacerdoti peccata detegendi maioribus vsurpatam inuenimus, hanc Teutonifranco sermone, Latinoque ex hoc conuerso, subiicere visum est.

Confessio peccatorum vernaculo Teutonico.

Ih wir du Gote almabtigen bigihtig, inti allen Gotes Heiligen, inti dir Gotes manne, allero minero suntano, vnrehtero gitanco; vnrehtero worto; vnrehtero werco; the sîh vnrehtes gesabi, edo vnrehtes giborti, edo vnrehtes biganhti, so war so ih widar Gotes willen gitati; meinero eido, wbilero sluoho, liogannes stelannes, huores, manslhti, vnrehtes girates, edo mir iz thuruh min kindisgi giburiti, edo thuruh wbertruncanheit giburiti, edo thuruh min selbes gispensti, edo thuruh anderes mannes gispensti, girida, abgunstes, mides bisprachidu, wbilero lusto, thar ih ni zi kiribum quam, so ih mit rehtu scolta; mino ziti ni bihielt, mina fastun ni bihielt, min alamuosen ni gab, zuena ni gisuontu, sunta ni virlicz, the molh mit rehtu scolta, heliga sunnuntaga, inti heliga

heliga Messa, inti belegen wiz od nie rata, so ih mit rehtu scolta. Thes al-
les inti andres manages thes ih widar Got almachtigen sculdig si, thes ih
Gote almachtigen in minero Kristanheiti gihiez i, so ih hes gehuge, so ni
gehuge, so ih hes gethahnt, so ih hes gisprahi, so mir iz slasenti giburiti,
so wabant, so gangenti, so stantenti, so siz zenti, so ligenti, so biniges al-
les Gote almachtigen bigibtig, inte allen Gotes Heligon, inti thir Go-
tes manne, inti gerno buozu, frammort so fram so mir Got almachtige
gizizi, inti mahti forlibit, inti sorgibit. Amen.

Confiteor Deo omnipotenti, omnibus Dei Sanctis, & tibi viro Dei
omnia peccata mea, iniquas cogitationes, iniqua verba, iniqua opera
mea, siue malè ea locutus sum, siue malè audierim, siue malè fecerim;
quidquid tandem contra Dei voluntatem patraui, ut sunt iuramen-
ta & maledicta mea, mendacia, furta, fornicationes, homicidia, iniuste
parta, que vel per pueritiam & ignorantiam commisi, vel per ebrietate-
tem, vel per meipsum, aut alium deliqui. Confiteor & auaritiam meam,
malevolentiam, inuidiam, detractiones, prauas delectationes, concupi-
scentias, quodque cum ex officio debebam, ad templum non venerim,
quod temporis rationem non habuerim, ieiunia non obseruauerim, elee-
mosynas non dederim, proximo peccata non condonarim, prout debui.
Festos & sanctam Dominicam non coluerim, ad sanctam Missam &
predicationem non accesserim, ut debui. Hec omnia peccata, & alia
multiplicia, quorum coram omnipotente Deo reus sum, & que in
Christianismo meo, Deo omnipotenti promisi, siue memor sim, siue ob-
litus sim, siue fecerim, siue dixerim, siue dormienti acciderint, siue vi-
gilanti, siue ambulanti, siue stanti, siue sedenti, siue iacenti; hec inquam
omnia Deo omnipotenti confiteor, & omnibus Dei Sanctis, & tibi

vir Dei, & promitto libens penitentiam, & emendationem, quantum
consciis ac testis mihi Deus & auxilium viresque mihi dabit. Amen.

Atque hæc ex Teudiscâ linguâ, quam retinere Franci Ger-
manicæ incolæ, diuersâ quidem ab illâ, quam Franci Galliarum
domini vsurparunt, & Romanam à linguæ Latinæ vestigiis
appellarunt. Neque taceo in Nithardi Angilberti historiâ, Ca-
roli Luduici Pij filij, pactioem, quâ fraternam concordiam
fanciunt, eâdem formulâ concludi, quâ confessio hæc absolui-
tur. Ait enim Nithardus ista Carolum Teudiscâ linguâ prolo-
cutum: * Fram so mir Got gewiz ei indi madh furgibit. que totidem
pænè verbis antè expressa, lucem ab interpretatione nostrâ ac-

cipiunt.

* Franc. An-
nales in an.
866. transfe-
runt, Quan-
tum mihi
Dominus scire
& posse
donauerit.

Histor. lib. 3.

* Quantum
mihi Domi-
nus scire &
posse donaue-
rit.

veri
quitate
entes.

IV

cipiunt. Ceterum ad hoc idioma proximè quidem accedit, etsi fortè sequioris ætatis, limitum quædam descriptio ab Erkanbaldo litteris mandata, qui ex Abbate Fuldensi Moguntinus factus Archiepiscopus, ante DC. admodum annos. Ex eâ quisquis hæc loca compararit, perspiciet facilè, quàm sit iam inde sonus & vsus idiomatis vernaculi demutatus. Terminorum autem finitio fuit huiuscemodi:

*Vbi Iazaba influit in Fuldam: hinc adscendendo ex istâ parte Branfurst, vsque in lapideum pontem. Inde adscendendo per Hunam, vsque in Frihofanaha; & per Frihofanaham adscendendo, vsque Ruothardes. Vbi obliquè super Oboleshere inter duarum villarum Dieterichshausen & Heyensfeld: & sic obliquè super illam Hardt. Inde descendendo in Haholdezbach: ibi obliquè super Luthram, vsque ad Ogenrod in illum fontem; & sic rectè ante se in Midenbach; & per Midenbach deorsum in Fuldam. Ibi obliquè super Fuldam, vsque in villam Schmalanaha. Et sic per viam, quæ Clericorum via dicitur, vsque in Touzilhoubeth; & per Tugilum descendendo vsque in Scanfuldam. Inde per Scanfuldam deorsum in Hegibach. Inde per Hegibach adscendendo, vsque in Ammenbrunnum; & sic adscendendo, vsque ad Steinenstampff. & ibi descendendo in nigram Kalbaha. & hinc vsque in Flidenam. Inde per Flidenam deorsum in VVeidenmantzbruche. Et sic rursum in Reinenwech: inde vsque ad Sterck, * an den Stein in Mosam. Inde in veterem Schlierefam; & sic descendendo, vsque ad terminos villa Heribrachtshusen. Inde ad Regisensfeldt; & sic deorsum, per Schlierefam, vsque in Schlitisam. Et ibi per quandam viam, vsque in Meilengescheidt, in illam stratam. Et sic per illam stratam descendendo, vsque in Iazaba. Inde deorsum per Iazaham vsque in Fuldam. Scripta XVIII. Kalend. Julij, anno primo Pontificatus Domini Erkanbaldi Archiepiscopi.*

Centæ distri-
ctio.

Atque hæc limitis circumscriptio, plurimum soli fuit monasterio propinqui; & quâ aduocatus rem ecclesiæ, pro concessio ad tempus imperio, gessit. Alioqui longè plus obtinuisset terrarum vndique, ex iis quæ loco dicenda, scribenda, manifestum fiet. Et multas retrò limitum vicissitudines extitisse, facilè docuerim; quamquam tractus terrarum habitatos nihil æquè restantur ac nemorum flexus, quæ à Buchoniæ incolis partim infessa, partim coronâ fuere circumdata; ipsique riuus, & amnes, licet

licet non maximi, piscium tamen & varietate & luxuriosâ fecurâ vel maximè fecundi. Nam præter Fuldam cognatosque minores riuos, per Werræ ripas, Buchonij Thuringiæ & Hassiæ limitem, frequentarunt; ac Mœnum alicubi transgressi, vt Regum tulit liberalitas, sparsim posuere sedes. Pago Folcfeldiæ, Huiggi Abbati, vide sis, quid vnâ Arnulphi Imperatoris & filij Luduici donatione illic cesserit terrarum! *Folcbaha superior & inferior: Fulgelesburgum cum Ecclesiâ & decimis Echenfeldiæ, Lillfeldiæ, Ostheimij, Rabanaci & Geroltzhouij,* donarunt Cæsares; probarunt Hatto Magontinus, & Adelbero Wiricburgensis, Antistites, apud Triburias. Loca sunt in collimitio Franconiæ obuia, & magnam partem vestigiis suis deprehensu facillima. De saltuum verò finibus, per famosissimam Hercyniam sparsis, quos intra extraque se gens Buchonia tenuit, quid memorem? vt enim de interioribus siluam, vbi terminus adhuc

Legitimâ seruat creditarura fide.

Branforeltum in primis adire libet, quod apud Iazaham citra Fuldam amnem exoriens abit in Occasum; ramosque versus Logonam Hassiæ riuum, & Biersteinium Isenburgicæ gentis obliquè porrigit. Id nemus ita prisce ab immunitate dictum, venatu ferarum saginæque iuxta amœnum, Abbatis nomen retinet, indicem & titulum iustæ, at non illibatæ possessionis. Notæ quoque celebritatis Spechtshartum est; quod nemus iuxta Mœnum attollitur Magontinâ ditione, & ab Austro quàm longissimè effunditur in Buchoniæ plagam Borealem, quâ patuit olim mapalibus & pastui pecorum. Etenim Rhabanum in hoc saltu legimus haud pauca occupasse loca, agrorum portione cum * Poppone Comite permutatâ. Aditus ab Ortu quoque seu Franconiæ vestibulo in hanc siluam patefactus Caroli Magni beneficiâ, ex quo Waltzasensi pago, Holtzkiricha à saltu sic dicta monastica colonia propagata. Sed è lucis opacis iam migremus, qui quòd minimè luceant cum ita dicantur, locis interdum apertioribus amant leuari.

Ad Mœnum ac Verram diuisio porrigitur.

Folckach.

Ostheim Carthusia.

Bran vel Branforestij ex super. terminatio- ne constat esse idem quod nunc Abis- vualdt.

Bran, aut potius Ban- surst, vt VWildiban. Spec. Saxon.

Speshardt hodie ingens silua, finali syllabâ Hercynia prodens reliquias.

Rhabanus fines profert in Speshartum.

** An Hennebergio? in eâ gente multi Poppones: & situs sanet.*

& stirpis genealogia, qua Popponem primum eius gentis refert ad an. 800.